

Ex libris D. Ioannis Matthei de Salas. ex Bibliog.

ANTONII FABRI IC.

SEBVSIANI, ET IN SVPREMO
SABAVIDIAE SENATV

PRIMARII PRÆSIDIS,

DE ERRORIBVS PRAGMATICIS
CORVM ET INTERPRETVM
IVRIS.

CHILIADIS PARS TERTIA.

In Decades xxv. ut priores singulæ, sed breuioribus ca-
pitibus distincta.

*Opus varium, nec illis tantum qui in foro, sed iis etiam, qui in scholis
versantur, longè utilissimum, ad vera, rectaque iuris principia ca-
pessenda, quorum ignoratione pragmatici, vulgarésque interpretes
passim caccutiunt.*

Ex d. la lib. del Colegio de la Llaga.



COLONIAE ALLOBROGVM,
SVMPTIBVS SAMVELIS CRISPINEL
ed. Ioi. xii.



CAROLO EMANVELI
SERENISSIMO ET INVICTISSIMO
SABAUDIÆ DVCI, SVBALPINO-
rum Principi, Antonius Faber
F. P. P.

NON me puderet, Princeps Sereniss.
iampridem Celsitudini tuæ datam
velut ex recepro fidem implere car-
dus, si hoc ipsum quod nunc praefeo
& exhibeo posset sufficere, ut iam
saltem viderer impletuisse. Nam pra-
terquam quod facerem imprudentis-
simè, situam expertus toties in eodem
genere culpæ facilitatem, & indul-
gentiam, locum diffidentiae aliquem posthac relictum vellem: Ha-
beo sanè tam multas cessationes meæ, si cuī fr̄ie longior videbitur,
excusationes, (dicerem tam præclaras si non leuior apud me neglig-
entiae quam superbiæ nota videretur) ut mihi parum verendum sit,
ne iustus quisquis erit ille, nec iniidus laborum meorum æstimator,
toto illo intermedio tempore quo cessasse credimur, diem vel unum
in ocio transegisse, int̄ insuetian si quod fuit oīum aliter quam in
expediendis Iurisprudencia negotiis consumptissime suspicetur. Telle
est nō ille solū Codex meus, quē Augustissimo Nomini tuo feliciter
inscriptum, dicatumq; miro fr̄e omniū applausū in doctissimi cu-
jusque manib; & oculis nunc versari audio gaudetique: Sed ipsa
etiam racent me Iurisprudencia, que sub Papiniane nomine su-



ANTONII FABRI
I.C. SEBVSIANI SE-
NATORIS SABAVIDEN-
SIS, ET IN GEBENNENSIS
DV CATVS AUDITORIO
P R A E S I D I S
CHILIADIS
DE ERROR. PRAGMAT. ET INTERPR. IVR.
PARS TERTIA.

DECAS LI.

ERROR PRIMVS.

De actione quam vocant ex remedio l. diffamarij.

C. de ingen manum.

VT frequentissima in foro, ita pragmaticis omnibus etiam imperitioribus notissima est actio, quia non tam pragmaticorum, sed interpretum error inuexit, Ex remedio, ut vocant, legis Diffamari, quae est l. 5. C. de ingen manum. Aduersus eos deinceps comparata, qui alium quoquis modo infamant, siue ciuiliter, iactando se liquam habere actionem, vel de statu vel de bonis, vel personalem vel hypothecariam, siue criminaliter minitando accusationem, in qua tamen instituenda cunctentur. Sic enim Accurs. ad d.l. diffamari, vbi etiam Bald. & in l. vnic. C. ut nem. inuit. ager. vel accus. cogat. Bart. ad l. Titia D. de accusat. & alij passim quos refert & sequitur Boer. quest. 255. num. 7. & segg. Ac quamquam non est qui neget huic actionis generi repugnare iuris rationem, que non patitur ut quis inuitus agere vel accusare cogatur d.l. vnic. & l. vlt. C. de usur. pupill. l. creditor 20. C. de pignor. facit tamen ea ratio ut actionem hanc mirabilem esse fateatur, potius quam ut ve- lint admittere nullam esse, Non solùm quia opinionē hāc ex aliquot iuris nostri locis probari crediderunt, sed etiam quod videatur hæc actio magnæ esse utilitatis ad lites plerasque finiendas prius etiam, quam fuerint institutæ. Hu-

A